



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Referre uni, vel alteri probo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

sive veniale, sive defectus naturalis, toties peccatur mortaliter; at verò quoties læditur leviter, peccatur venialiter? quoties nihil læditur, nihil peccatur, verbi gratia, si dicas de viro probo, vel Religioso, esse amatorem puellæ, commississe duellum, esse dedum amoribus, &c. quia lædis eius famam notabiliter, ideo mortaliter peccas: At si idem dicas de adolescente nobili, vel milite; quia leviter, vel nihil eius famam lædis, leviter, vel nihil peccas. Idem est ex *Salm.* *quæst.* 62. art. 2. *contr.* 1. si dicas crimen de homine incognito, sine periculo eum, vel eius familiam, &c. cognoscendi, quia tunc nullius fama læditur.

4. Hinc infert primò Lessius *lib. 2. c. 11. n. 13.* Dicast. *lib. 2. de iust. tr. 2. d. 12. p. 2. dub. 4. n. 111.* Azor. *p. 3. l. 13. c. 2. dub. 4.* cum aliis, quos vide *infra*, *cap. 3. §. 3. n. 6.* veniale esse, narrare defectus veniales, nisi fortè etiam ex Bonac. *d. 2. de rest. quæst. 4. p. 2. n. 7.* citante Nav. Regin. Arag. & alios; ex his cadat quis notabiliter à sua fama, ut si de viro probo, & Religioso diceretur esse mendax (Nota; mendax, inquit, non verò senel, aut iterum mendacia leviter protulisse) & nisi tam multas leves detractones, ex de Lugo *de iust. c. 1. d. 10. sct. 3. n. 46.* & *§. 1. n. 52.* & *§. 2. n. 52.* apud Dian. *p. 10. tr. 1. §. 17.* quamvis interpolatis sermonibus, aggeras, ut sensim notabiliter de bona fama hominem deicias. Infert secundò, non esse ordinariè mortalem revelationem defectuum naturalium, ut esse gibbosum, cæcum, Clerici filium, ludæum, parvi iudicii, ingenique, ignobilem, &c. At esse mortale tenet Dicast. *l. 2. de iust. tr. 2. d. 12. p. 1. dub. 3. n. 41.* Infert tertio, idem ordinariè esse, si reveletur defectus, veluti in genere, ut esse aliquem avarum, superbum, iracundum. Ratio harum illationum est, vel quia hæc communiter sciuntur, vel facile sciri contingit, vel parum per illa læditur proximus, cum sint defectus vel leves, vel involuntarij, propter quos non censetur esse quis infamis. Dictum tamen utrobique est (ordinariè) nam ex Barth. à S. Fausto *in spec. Conf. d. 21. q. 46.* si ex horum manifestatione esset notabiliter quis contemnendus, vel aliquod damnum injustè passurus, vel ratione gravitatis personæ graviter denigandus, vel quia, dum naturalis defectus ore exprimitur, ex modo loquendi ipsa peccata gravia significantur, mortaliter peccabitur. Adverte insuper, si hæc in faciem honesti hominis iaciantur, fore aliud peccatum, & aliquando iuxta gravitatem iniuriæ mortale, tunc enim erit contumelia, de qua latius *infra*, *c. 3. §. 8.* lege item Bon. *de rest. d. 2. q. 4. p. 1. n. 1.* & *p. 3. n. 11.* & *supra* *q. 5.*

Quæres, An mortaliter peccem, si dicam te morbo Gallico laborare; Respondeo negativè, cum Bon. *l. c. p. 3. n. 9.* si tibi dedecus non est fuisse mæchatum, ut de milite, vel nobili adolescente modò diximus: quia tunc famam tuam non denigro: At si dedecus tibi illud sit, affirmativè respondeo cum eod. *ib.* contra Navarr. alioquin, absolute negantes esse peccatum, quia regulariter hic morbus inde procedit. Excipe, nisi statim subdam illius morbi causam fuisse extraordinarium, nempe te fuisse infectum ex loco frigido, vel ex hospitij infecta suppellectili, vel ut accidit infanti cuiusdam mei per familiaris, ex lacte nutricis infecta.

Circumstantiæ, in quibus non adhibetur fides.

5. Tertia: Si cum iis circumstantiis, & ab iis, personis tam vilibus, & nullius autoritatis narretur crimen, ut audientes non sint credituri, mortale peccatum evitatur. Quod si tu, eo quidem modo narres, ut prudenter non sit tibi fides adhibenda, sed tamen vides audientes, vel ex sua levitate, vel ex malitia fore credituros, peccabis quidem ex Less. *lib. 2. c. 11. dub. 5.* contra Charitam, quia, cum facile possis, tacendo, impedire malum grave proximi, non impedis: sed non peccabis contra iustitiam, quia causa infamiae non est, ut supponimus, tua loquacitas sed levitas credentium.

6. Quid loquis dicat, se illud crimen proximi audisse

ab aliis, maxime si nominet dicti infidum Antiochum ad cuius fidem veritatem remittat: Respondeo, si dicat, *loc. cit. p. 2. dub. 4. n. 114.* pari modo peccare, & contra iustitiam. Nunquam enim mihi placuit, ut omnino excusari, ut excusari Reginaldus *lib. 14. n. 1.* alique apud Dian. *p. 3. tr. Miscell. §. cap. 28.* & Molina *in Arca Vit. Inquis. de seq. à num. 45.* putaret huic referenti communiter fidem non dari: viato contingere oppositum; fidem scilicet adhiberi committere, si non certissimam, eius tamen generis, quia ipsa læditur fama proximi, vel saltem, quia ejus fama certa ponitur in dubio. Ita Bon. *l. c. p. 5.* Sotus *l. c. iust. q. 6. art. 3.* Molina *tract. 4. d. 30.* Layman *aliquando Dian. c.* quibus adde de Lugo *de iust. 1. d. 16. n. 55.* dum igitur tunc à mortali excusabitur, quando tenet dicta, omnibus expensis, ex ejusmodi relatione tractaretur, inspicio, ut revocaretur ad materiam parvam illud notat Clavis Regia, *lib. 12. c. 6. n. 5.* eandem declarationem, si fiat apud viros graves, graviorem fore, quam si apud populares. Verum, recole, contrarium non contingere: nam detrakere apud unum, vel alterum viro gravem, qui iudicetur non locuturus, non videmus non esse peccatum: esse, apud populares, facile oblocuturus.

Referre uni, vel alteri probo.

7. Quarta: Is, qui proximi crimen uni, vel alteri referit, qui prudenter creduntur non esse aliis minus excusatur, saltem à mortali; modò nullum aliud damnum proximo secuturum timeatur. Ita Reginaldus *lib. 2. c. 11. n. 70.* Azor. *p. 3. lib. 5. cap. 9. §. 2.* Nav. *in opus. meth. Conf. lib. 2. cap. 9. §. 2.* alique apud de Lugo *tom. 1. de iust. d. 14. n. 51.* nobis contrarium à Dian. *p. 3. tract. 5. resol. 33.* & Bon. *d. 2. de rest. q. 4. p. 1. n. 1.* nobis favent: sequitur nostram opinionem citans Dicast. *lib. 2. de iust. tract. 2. disp. 12. p. 2. dub. 4.* Ratio, est, quia sic moraliter petinde est, ac si crimen taceretur. Excipio cum Lessio calum, quo prudenter iudicatur quis non leve rationabiliter, ut sua fama unum denigretur: ut esset in Religioso, qui suum crimen scrii à sexcentis, quam à suo Prælati multum dependet.

8. Hinc excusant nonnulli à mortali; Primò, uxoresque, qui inter se de occultis alterius peccatis fabulantur, modò nō sit verosimile alterutrum ea divulgatum; Secundò, eos, qui in Confessione etiam suam solam consolationem in complice revelant, eos, qui consilium exposcunt à viro prædanti: Nec enim tenet leve peccatum alterius famam: quale est, si dati cogniti apud unum, vel alterum non oblocuturi præferre commodo meo, etiam levi; Quartò, ex de Lugo *l. c. n. 54.* eos, qui ad solatium referunt amico injuriam, sibi ab altero factam, etiam si, quando claratur iuvat ad solatium, nominetur injuria.

Crimen esse publicum.

9. Quinta: Excusatur is, qui crimen publicum manifestat; sive publicum factum fuerit iuste, sive iniuriat, Ita Less. *l. c. n. 77.* contra Molinam, alioquin, tunc ad Bonac. *d. 2. de rest. q. 4. p. 6. m. 3.* putante sententiam nostram esse etiam probabilem. Ratio est, quia per publicitatem undecunque ortam, amittitur ius ad famam: Publicum autem est crimen iure, vel facto: Iure est, si illo lata sit sententia à Iudice: Facto est, si crimen de facto sciatur à Communitate; sive crimen committitur in publico quod dici solet notorium: sive divulgatur apud multos, quod appellari consuevit famosum.

10. Verum hic emergit molestia difficilis: quia cum ratione publicum esse crimen, vel occultum ceperimus; Præferant nobis lucem duo Illustrissimi Sanchez, & Molina. Prior, quoniam plurimi scelerum quens de occulto, prout sumitur in dispensationibus